



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Confessionis Avgvstinianae, Et Avgvstanae

Hänlin, Georg

Friburgi Helvetiorum, 1592

VD16 H 131


Articvlvs 3 De Persona & duabus naturis Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29407

expedita est responsio ex ipso textu, loqui sanctū virum de Concupiscentia per Baptismum nondum sublata.

Ad ultimum extract. 41. in Ioannem, Tom. 9. col. 309. d. 310. a. appellat ibi concupiscentiam peccatum in sensu multoties exposto, scilicet, vel quia est ex peccato, vel quia, nisi resistatur illi, est via ad peccatum.

Alios errores, quos Lutherani fovent circa peccatum hoc, maxime dum tam tragicè hoc exaggerant, *ut nullaratione, vi & efficacia Sacramentorum istud tolli posse, dum hic vivimus, doceant, indeq; cum summa injuria passionis Christi & meritorum ejus concludunt, Omnia opera hominum esse peccata; Observationem Legis impossibilem esse; Fidem solam omnia prestare; Iustitiam & sanctitatem nullam in homine prorsus inveniri, & his similia multa, quia præterit Pappus, prætereo eadem; nimis enim prolixum foret, omnibus refutandis immorari velle, nequaquam autem difficile idque ex solo Augustino. Quia itaq; Pappus ex Augustino de illis, quæ inter nos de peccato Originali controversa sunt, pro sententia sua nihil prorsus adduxit; nos verò demonstravimus, in ijs omnibus sentire D. Augustinum nobiscum: Concludimus & Pappum injuriam fecisse sancto viro, & manere immotum, in isto Articulo Augustinum esse Catholicum. Quod & in cæteris paratione etiam si non nominemus, tamen conclusum volumus.*



ARTICVLVS III.

DE PERSONA ET DVABVS NATURIS Christi.

FTIAM in omnibus hujus Articuli assertionibus convenit inter partes, prout hinc quidem positæ sunt. Monstrum Ubiquitatis, quod ex falsa hujus gravissimi Articuli, & à sæculo absconditi mysterij explicatione fabricarunt, & per vim exstruxerunt, D. Augustino nunquam cognitum, sicut & errorem Lutheranorum de Mediatore Christo secundum naturam utramq; sciens prudensq; prætereo.

ARTI-